Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26530
Copyright: Admont, Benediktinerstift

urge et ne repellas in finem. Quare faciem tuam
avertis oblivisceris inopie nre et tribulationis nre. Qm
humiliata est in pulvere anima nra. agglutinatus est
in terra venter nr. Exurge domine adiuva nos et redi
me nos propter nomen tuum. Ps David

Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opa
mea regi. Lingua mea calamus scribe velocit
scientis. Speciosus forma prae filiis hominum diffu
sa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in et
num. Accinge gladio tuo super femur tuum potentis
sime. Specie tua et pulchritudine tua intende prospe
de et regna. Propter veritatem et mansuetudinem
et iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Sa
gitte tue acute populi subtus cadent in corde inimicorum
regis. Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis
virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniq
tatem propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie
prae consortibus tuis. Myrra et gutta et casia a vestimen
tis tuis a domibus eburneis ex quibus delectaverunt
te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dex
tris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.
Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obli
visce populum tuum et domum patris tui. Et concupis
cet rex decorem tuum quoniam ipse est dominus deus
tuus et adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus
vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Omnis gloria eius filie regis ab intrin
sis aureis circumamicta varietatibus. Adducent
regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi. Af
ferentur in letitia et exultatione adducentur in
templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii constitues eos principes super omnem terram. Memores e
rit nominis tui in omni generatione et generatione.
Propterea populi confitebuntur tibi in eternum et in seculum
seculi. Eructavit cor meum verbum bonum. Ps David

Deus nr refugium et virtus adiutor in tribu
lationibus que invenerunt nos nimis. Propter
ea non timebimus dum turbabitur terra et tran
sferentur montes in cor maris. Sonuerunt
et turbate sunt aque eius conturbati sunt mon
tes in fortitudine eius. Fluminis impetus le
tificat civitatem dei sanctificavit tabernaculum suum
altissimus. Deus in medio eius non commovebitur
adiuvabit eam deus mane diluculo. Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna dedit
vocem suam mota est terra. Dominus virtutum
nobiscum suscceptor nr deus iacob. Venite et videte
opa domini que posuit prodigia super terram auferens
bella usque ad finem terre. Arcum confringet et comminuet ar
ma et scuta comburet igni. Vacate et videte quoniam ego sum
deus exaltabor in gentibus et exaltabor in terra. Dominus
virtutum nobiscum suscceptor nr deus iacob. Ps David

Omnes gentes plaudite manibus iubilate deo in voce
exultationis. Quoniam dominus excelsus terribilis rex
magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis et
gentes sub pedibus nris. Elegit nobis hereditatem suam
speciem iacob quem dilexit. Ascendit deus in iubilo et do
mino in voce tube. Psallite deo nro psallite psallite regi
nro psallite. Quoniam rex omnis terre deus psallite sapi
enter. Regnabit deus super gentes deus sedet super sedem
sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum deo
abraham quoniam dii fortes terre vehementer elevati sunt.
A diebus in tribulationibus. Ps David

Magnus dominus et laudabilis nimis in civitate
dei nri in monte sancto eius. Fundatur exultatio
ne universe terre mons syon latera aquilonis civitas re
gis magni. Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipi
et eam. Quoniam ecce reges congregati sunt pertransierunt per
unum. Ipsi videntes sic admirati sunt conturbati sunt
commoti sunt tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut
parturientis in spiritu vehementi confringes naves tharsis. Sicut
audivimus sic vidimus in civitate domini virtutum
in civitate dei nri deus fundavit eam in eternum.
Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui.
Secundum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terre
iustitia plena est dextera tua. Letetur mons syon et
exultent filie iude propter iudicia tua domine. Circum
date syon et complectimini eam narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute eius et distribuite domos eius
ut enarretis in progenie altera. Quoniam hic est deus deus nr
in eternum et in seculum seculi ipse regit nos in secula. Ps David

Audite hec omnes gentes auribus
percipite omnes qui habitatis orbem. Quicumque terrige
ne et filii hominum simul in unum dives et pau
per. Os meum loquetur sapiam et meditatio cordis mei
prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem me
am aperiam in psalterio propositionem meam. Cur timebo in die mala iniquitas calcanei mei circumda
bit me. Qui confidunt in virtute sua et in multitudine divitiarum suarum glorian
tur. Frater non redimit redimet homo non dabit deo placationem suam et
pretium redemptionis animae suae et laborabit in